Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Fragment: Lectionarium officii : Universitätsbibliothek Rostock, Fragm. theol. 99

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1838273948

Handschrift Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

gentium se nicanori miscebant mi
serias et clades iudeorum prosperita
tes rerum suarum existimantes. Au
dito itaque iudei nicanoris ad
uentu et conuentu nationum
conspersi terra rogabant eum
qui populum suum constituit ut eum
in eternum custodiret quique suam
portionem signis euidentibus pro
tegit. Imperante autem duce stati
inde mouerunt et conuenerunt
ad castellum dessau. Symon uero
[illegible] iude commiserat cum nicanore
[illegible] conterritus est repentino
aduentu aduersariorum. Nicanor
autem audiens uirtutem comitum
iude et animi magnitudinem
quam pro patrie certaminibus ha
bebant sanguinis iudicium facere
metuebat. Quaobrem misit
possidonium et theodotum et
mathiam ut darent dextras
atque acciperent. Et cum diu con
silium de his ageretur et ipse
dux ad multitudinem retulisset
omnium una fuit sententia a
micitiis annuere. Itaque diem con
stituerunt qua secreto inter se a
gerent et a singulis selle prolate sunt
et posite. Precepit autem iudas
armatos esse locis oportunis ne
forte ab hostibus repente mali ali
quid oriretur et congruum collo
quium fecerunt. Morabatur autem
nicanor ierosolimis et nichil ini
que agebat gregesque turbarum
qui congregati fuerant dimisit.
Habebat autem iudam semper car[illegible]
[illegible] uiro inclinatus
[illegible] eum ducere uxorem et fi
lios que procreare. nuptias fecit
quiete egit communiterque uiuebant.
Alchimus autem uidens ca Tco. ij
ritatem illorum adinuicem et conuen
tiones uenit ad demetrium et
dicebat nicanorem rebus alienis
assentire iudamque regni insidi
atorem successorem sibi destinasse.
Itaque rex exasperatus et pessimis
huius criminationibus irritatus
scripsit nicanori dicens grauiter quidem
se ferre de amicitie conuentione.

Fragm. theol. 93

iubere tamen machabeum citius
uinctum mittere antiochiam.
Quibus cognitis nicanor conster
nabatur. et grauiter ferebat si ea que
conuenerant irrita faceret. nichil
lesus a uiro. Sed quia regi resistere
non poterat. oportunitatem obserua
bat qua preceptum perficeret. At
machabeus uidens austerius secum
agere nicanorem et consuetum occur
sum ferocius exhibentem. intelligens
non ex bono esse austeritatem istam.
paucis suorum congregatis. occul
tauit se a nicanore. Quod ut il
le cognouit fortiter se a uiro pre
uentum. uenit ad maximum et
sanctissimum templum. et sacerdotibus
solitas hostias offerentibus. iussit
sibi tradi uirum. Quibus cum iura
mento dicentibus nescire se ubi esset
quem querebat. extendens manum
ad templum iurauit. Nisi michi
uinctum iudam tradideritis.
istud dei fanum in planitiem dedu
cam. et altare effodiam. et templum
hoc libero patri consecrabo. Et

his dictis. abijt. Sacerdotes autem
protendentes manus in celum. inuo
cabant eum qui semper propugnator
esset gentis ipsorum. hec dicentes.
Tu domine uniuersitatis qui nullius
indiges. uoluisti templum habita
tionis tue fieri in nobis. Et nunc
sancte sanctorum omnium domine conserua in
eternum impollutam domum istam que
nuper mundata est. lectio iii.
Razias autem quidam de senio
ribus ab iherosolimis. delatus est
nicanori. uir amator ciuitatis et
bene audiens. qui pro affectu pater
iudeorum appellabatur. Hic multis
temporibus continentie propositum te
nuit in iudaismo. corpusque et
animam tradere contentus pro perseue
rantia. Volens autem nicanor ma
nifestare odium. quod habebat
in iudeos. misit milites quin
gentos. ut eum comprehenderent. Pu
tabat enim si illum decepisset. sese
cladem maximam iudeis illaturum.
Turbis autem irruere domum eius.
et ianuam disrumpere. atque ignem

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1838273948/phys_0002
DFG

in plaga dat dignis uictoriam.
Dixit autem inuocans hoc modo. Tu
domine misisti angelum tuum sub eze
chia rege iude. et interfecisti de
castris senacherib centum octo gin
que milia. Et nunc dominator celorum
mitte angelum tuum bonum. ante nos
in timore et tremore magnitu
dinis brachii tui. ut metuant
qui cum blasphemia ueniunt ad
uersus sanctum populum tuum. Et hec hic
quidem orauit. Nicanor autem et
qui cum ipso erant. cum tubis et
canticis aduenebant. Lc. iii.
Iudas uero et qui cum eo erant in
uocatione deo [illegible] congressi.
manu quidem pugnantes. sed
cordibus dominum orantes. prostrauerunt
non minus triginta quinque milia.
presentia dei magnifice delectati.
Cumque cessassent et cum gaudi
o redirent. cognouerunt nicano
rem ruisse cum armis suis. Facto
itaque clamore et perturbatione ex
citata patria uoce omnipotentem
dominum benedicebant. Precepit autem

iudas qui per omnia corpore et animo
mori pro ciuibus paratus erat. caput
nicanoris et manum cum humero
abscisam iherosolimam perferri. Quo
cum peruenisset. conuocatis con
tribulibus et sacerdotibus ad altare.
accersiit et eos qui in arce erant.
et ostenso capite nicanoris. et
manu nefaria. quam extendens
contra domum sanctam omnipotentis
dei magnifice gloriatus est. Linguam
etiam impii nicanoris precisam. ius
sit particulatim auibus dari. manum
autem dementis contra templum
suspendi. Omnes igitur celi dominum bene
dixerunt dicentes. Benedictus qui
suum locum incontaminatum con
seruauit. Suspendit itaque nicano
ris caput in summa arce. ut esset e
uidens. et manifestum signum auxi
lii dei. Itaque omnes communi consilio
decreuerunt. nullomodo diem istum
absque celebritate preterire. habere autem
celebritatem tercia decima die mensis
adar. quod dicitur uoce syriaca pridie
mardochei die. Igitur his erga ni



Fragm. theol. 99

canore gestis. et ex illis temporibus
ab hebreis ciuitate possessa. ego
quoque in his finem faciam sermonis.
et siquidem bene et ut hystorie com
petit hoc uelim et ipse. si autem minus
digne. concedendum est michi. Sicut
enim uinum semper bibere. aut semper a
quam contrarium est. alternis autem uti
delectabile. ita legentibus si semper ex
actus sit sermo. non erit gratus.
Hic ergo erit consummatus. Incipit
prefatio sancti ieronimi presbiteri in ezechie
lem prophetam. lectio prima.

Ezechihel propheta
cum ioachim rege iuda cap
tiuus ductus est in babylo
nem. ibique his qui cum eo captiui
ducti fuerant prophetauit penitentibus.
quod ad iheremie uaticinium se ul
tro aduersariis tradidissent. et
uiderent adhuc urbem ierusalem stare
quam ille casuram esse predixerat. Trice
simo autem etatis sue anno. et capti
uitatis quinto. exorsus est ad con
captiuos loqui. et eodem tempore licet
posterior. hic in chaldea. ihermias
in iudea prophetauerunt. Sermo e
ius nec satis disertus. nec admo
dum rusticus est. sed ex utroque medi
e temperatus. Sacerdos et ipse sicut
ihermias. principia uoluminis
et finem magnis habens obscurita
tibus inuoluta. Sed et uulgata eius
editio. non multum distat ab hebra
ico. Unde satis miror quid cause
exstiterit ut si eosdem in uniuer
sis libris habemus interpretes.
in aliis eadem. in aliis diuersa
transtulerint. Legite igitur et hunc
iuxta translationem nostram. quia
per cola scriptus et commata. mani
festiorem sensum legentibus tribuit.
Si autem amici mei et hunc subsan
nauerint. dicite illis quod ne
mo eos compellat ut scripta mea
legant. Sed uereor ne illud eis eue
niat. quod grece significantius
dicitur. ut uocentur fagolidori. hoc est
manducans senectias. Explicit prefatio
Incipit ezechiel propheta.

Gemeinsam ist Kommandant

zu den Geschäften.

gatim se nicanori miscebant. mi
serias et clades iudeorum. prosperita
tes rerum suarum existimantes. Au
dito itaque iudei nicanoris ad
uentu. et conuentu nationum.
conspersi terra. rogabant eum,
qui populum suum constituit. ut eum
in eternum custodiret. quique suam
portionem signis euidentibus pro
tegit. Imperante autem duce stati
inde mouerunt. et conuenerunt
ad castellum dessau. Symon uero
[illegible]
[illegible]
aduentu aduersariorum. Nicanor
autem audiens uirtutem comitum
iude. et animi magnitudinem.
quam pro patrie certaminibus ha
bebant. sanguinis iudicium facere
metuebat. Quaobrem misit
possidonium. et theodotium. et
mathiam. ut darent dextras
atque acciperent. Et cum diu con
silium de his ageretur. et ipse
dux ad multitudinem retulisset.
omnium una fuit sententia a

[illegible] annuere. Itaque diem con
stituerunt. qua secreto inter se a
gerent. et a singulis selle prolate sunt
et posite. Precepit autem iudas
armatos esse locis oportunis. ne
forte ab hostibus repente mali ali
quid oriretur. et congruum collo
quium fecerunt. Morabatur autem
nicanor ierosolimis. et nichil ini
que agebat. gregesque turbarum
qui congregati fuerant dimisit.
Habebat autem iudam semper car
[illegible]
[illegible]
lios que procreare. nuptias fecit.
quiete egit. communiterque uiuebant.
Alchimus autem uidens ca ter. ii.
ritatem illorum adinuicem et conuen
tiones. uenit ad demetrium. et
dicebat nicanorem rebus alienis
assentire. iudamque regni insidi
atorem successorem sibi destinasse.
Itaque rex exasperatus. et pessimis
huius criminationibus irritatus.
scripsit nicanori dicens. grauiter quidem
se ferre de amicitie conuentione.

Fragm. theol. 93